



**ADMODUM**  
**ILLVSTRBVS DOMINIS COLENDISSIMIS,**  
**VTRIVSQUE IVRIS PROFESSORIBVS ALMÆ VNIVERSITATIS**  
 **SALMANTICENSES.**  
**SCIENTIA, ET NOBILITATE PERSPICVIS.**  
**D. LVDOVICVS DE VALENCIA, V. I. D.**  
**S. P. D.**

**L**EVISTRISSIMI, & Reverendissimi Episcopi Barcinonensis,  
 per eius excellentissimam Civitatem fuerunt in Cancellarios  
 acciti huius Academæ. Currente tempore, ex causis in Para-  
 phasi, quam Censuræ vestræ suppono, fuerunt duo præscriptar-  
 vnum ne vicerentur locum tenente, in Gradibus Doctorum  
 conferendis aliud, ut absentia Episcoporum, suppleretur ip-  
 sofacto per Decanos quatuor Collegiorum, adhibito nomine  
 Pro cancellarioram. Sed cum Episcoporum præsentiam, non lateret Civita-  
 tem, irreducibilem esse ad actum, legibus, & Moribus suadentibus, maximè  
 aliquibus dispositis, incongruentibus Episcopali Dignitati. Vnde persuasum  
 habui, nedum Barcinonam similasse præsentiam Cancellariorum. Favendo  
 Decanis, in subsidium vocatis, quod certum legaliter ereditisse eventurum; ve-  
 rum, & rationem in tranquillitatibus, qua admissi fuerunt duo Episcopi, qui  
 accesserunt ad Gymnasiū, uti Cancellarij, que ex Tabularijs Universitatis,  
 non aliter congruenter valeret percipi. Et hoc ultimum in primo accessu tenta-  
 to per Illustrissimum præsentem Episcopum, ad Collegium Iurisperitorum,  
 movit ansam dubitandi aliquibus, de forma concurrendi.

Inanem, primus, dixi investigationem concursus, cum ab eo arceretur,  
 transactione, quam illustrandam suscepī. Abstinguit se Dominus Episcopus ab  
 interventu, ei pollicitata prætentia (nescio quomodo) dum res examinaretur,  
 sine tamen præjudicio partium. Quibus per actis, protuendis prærogativis mei  
 Decanatus, vacavi studio, & quo magis invigilavi firmas sensi: *Nostras Episcopos,*  
*nunc esse Cancellarios, non quoad exercitium, sed quoad Titulum tantum.*

Collegium proinde petij à Rectore congregari, in quo proposui, quid  
 esset agendum. Tractatoque negotio cum Illustrissimo Episcopo, & persistente  
 illo in suo prætenso non prohibito exercitio, participatoque Theologis, Me-  
 dicis, & Artistis in forma Universitatis, electi fuerunt per eos, Comisiarij

duo, pro quolibet Collegio; qui rem una cum duobus ex Iurisperitis; examinarent, & reportarent, quid eis videretur, ut Academia, quid faciendum decerneret.

Comissarij in Scriptis dixerunt, nulla responsi assignata ratione. Primo Illustrissimos Episcopos fuisse electos Cancellarios, non in Titulum tantum. Secundò dictos Episcopos, non potiri præsentia. Tertiò, reliquerunt cogitandum Collegio utriusque iuris, quid esset dicendum, circa in observantias in Graduando, & in isto & redderent decens exercitium Cancellariatus.

Excitatus Responso, ut me pacare Collegium, commisit eisdam Regio Senatori, ibi adstanti, ut alteri ex Collegiatis, præmeditationem; qui auditis Commissarijs Iurisperitis, suam sententiam appetiret, & postea deliberaretur, quid esset Universitati representandum.

Contradixi omnibus, in scriptis etiam requisito Secretario Universitatis, de conficiendo instrumento, ex quo dicta per Comissarios adversabantur pro maiori parte Transactioni, de qua in Paraphrasi, iuxta quam est regulandum officium Cancellariatus, conquarendo me, etiam de alijs, prout in dicto instrumento latius.

Quibus in Scopolis, nunc negotium hæret, à mense Decembribus proxime elapsi, in quo formavi duas Conclusiones, per me defendendas in Theatro Universitatis, in ordine ad primum Responsum, à quo pendent alia: petijsque à Rectore, prout solet, licentiam ad id. Iste consultatione (ut credo) interposita, dubitavit illam concedere, ex quo, ut dixit erat res invitatæ. Et cum intendenter, Academiam universam, constantem octuaginta Doctoribus antiquioribus, ex omnibus Scientijs, notitiosam reddere, maximè cum Comissarij non me vocassent, constitui Tractatum primo consumatum Cancellariatus Academicus in lucem prodere: sed quia nimis studiosos Domini Episcopi, & moratorias solitas verebar, quasi exploratorem plemisi Paraphrasim, loco Proloquij ad petendas venias à iure præscriptas, editioni librorum. Cessitque res ex sententia: quia non pauci fuitunt, ut, in me divergendo ab his discussione, simulando eam esse otiosam, quidquid sentiret Schola; ex quo contradicendo exercitio Cancellariatus, iam satisficeret me Maneri dicebant; quod transmittetur ad Posteros, insertando Paraphrasim in libris Universitatis; quietam sic vitam agendo, cum sim octuagenarius: & ita per aliquod tempus, his notis delineamentis demulcitus, & remoratus sui petere licentiam ad imprimendum, quam inexcusabilem iudico, cum alter, nisi voce, & sic per transennam, non detur medium ad infirmandos tot Doctores, constituentes Concilium generale, vulgo Claustro pleno, perseverante Domino Episcopo in sua prætena assentia, aut præsentia: & intentare viam iudicialem, ad utrasque profigandas, sit me onerare duabus litibus sumptuosissimis, una cum Episcopo, alia cum Schola ad reperendas expensas.

Quapropter oro vos duo. Primum ut rescribaris mihi iuxta dicta in Paraphrasi vbi est litera transactionis, non diminuta & ad statutum redacta: Anforveam instituam. Secundum ut dignemini illam Salmanticæ Typis permittere, sic reddendo vos securiores de interrogatione, & responsione, & ego decorosiorem viam in re tam ponderosa valeam eligere, visa vestra sententia, Princeps Scientiarum dictante.

Se legi admodum Illustri Domini tantam Censuram, rogando vos, ut ad tuendum me suscipiatis, multiplici ex causa. Prima vestra iuris notitia, sine superiore. Secunda humanitas, & nobilitas, quibus estis decorati. Tertia, quia in linea literaria effectiva, vester sum, in secundo gradu (quamvis indignus) à primis Iurisperitiæ incunabulis: nam docuit me prima iuris elementa Doct. Pasianus Soler Collega qui fuit, maioris, & vetustioris Sancti Bartholomæi, ut apparet ex eius subscriptione inter alios, approbante dicto Collegio, primum librum interpretationum Iosephi à Sanctolario (qui consumatis cursibus Salmanticæ, obtulit Cathedram Institutionem Barcinone, licet ad pri-

primam, per dictum Collegiam fuerit quasi Postliminio restitutus. Prosequutus fui hanc Iuris Scientiam sub Doctore Mostaros, Vespertino apud nos Professore, quem etiam vos educastis: vnde uester sum tametsi mutatis Antecessoribus, qui erudierunt vos, cui non diversa sit Alma, & cum nominamus Magistros toties nova voluntate perfundimur, plenumque ingenui pudoris est, profiteri per quos profecerimus Plinius in epistolis, relatus per Brutorium in speculo mundi verbo disciplina. Tandem, quia ad vos, à meis spretus, confugio (nam Theologi, Medici, & Artistæ quibus fruimur, & quidem doctissimis, currunt diversis respectibus) non eo quod in verba mea, non iuraverunt mei Auditores: nam non es volo Pedarios, aut Pitagoricos, sed Platonicos, qui iuxta inimitabilem Solorçanum in suo celebri Discursu Politico de varietate Diétaminum, non se adstringerent legibus vnius disciplinæ, dum assignent rationem accessus, vel discessus: cum alias iuxta eundem, Lib. 2. cap. 20. in fine de Crimine Parricidij, sit iudicare de legibus, non secundum ipsas: & an hoc contigerit facile erit deducere ex dictis in Paraphras, & ex quo me volente propone media, quibus nitebat fui reiectus, his verbis: A quien lo dará a entender? Aut, no hable Vmd. de esto. Et sic non se acquiescendo, nedum in examinanda difficultate principali, verū, nec in ea gustanda, imò neque audienda inciderunt, in foveam quam fecerunt, de forma concurrendi, per ipsam Transactionem prævisam, iureque, & moribus non admissam; imò prohibitam saltem in nostra Corona Aragonum. Vnde nedum sum spretus, verum, & liber existo à Philautia: vindicaruntque me ab ea. Primo Eminentissimus Archiepiscopus Cardinalis Philomarinus, qui per Iulium Caponium in suis controversijs, fundavit ius suum ad manuscula obtainenda in Collegio Neapolitano. Secundo, cum sex ab hinc lustris, utriusque Iuris Professores Barcinonenses, inter quos tuac ultimus, est nunc Decanus Sacrae Rotæ Romanæ, non me etiæ emeritum, eiecerunt è Ponto, sed approbarunt (iuxta copiam impressam; quam vobis exhibeo) meam illustrationem ad Constit. 7. tit. de electio. Doctorum Regie Audientie, (vbi est Methodus interpretandi statuta, ab omnibus, qui postea scripserunt laudata) me cumque gratulati fuerunt, de frequentatione mei Auditori, referendo aliqua, quæ non repetor; cum totus fuerim in Academia, & litterarijs Vigilijs, in meo munere perageando. Vt inam sim assequutus, & cedat in gloriam Dei. Valere igitur me amate, & iubete, Bar. O stativo Kalend. Maii MDCC.

卷之三

*IESVS, MARIA, JOSEPH,  
cum Divis Tutelearibus.*

# PERIOCHA SVBSIDIARIA!

VNIVERSITATI LITTERARIÆ BARCINONENSI;

## CUM PARAPRASI.

AD INTELLECTVM STATVTORVM DE CANCELLARIATV  
ACADEMICO LOQVENTIVM, DVM LVCEM PETIT.  
TRACTATUS INTEGER IAM CONSUMATUS  
SCRIBENTE.

*NOBILI LVDOVICO DE VALENTIA,  
PRIMARIO CANONVM PROFESSORE EMERITO,  
ET VTRIVSQUE IVRISPRVDENTIÆ DECANO.*



OLEBANTVR Scientiæ Barcinone, ante Nicolaum Quintum Summum Papificem & Alphonsum Quartum Regem Aragonum, licet primi, Civitatem decorarunt Priviligijs erigendi Vniversitatem, & Studium Generale in illa, cum facultate amplissima, creandi Officiales, & disponendi in perpetuum; circa Regimen illius, & Studij erecturij: ceterum iam ibi aderat alia Vniversitas independens à Civitate, antiquioribus Pontificijs, & Regijs auctoritatibus suffulta, nempe Medicinæ: neutra tamen illarum, erat Studium Generale, & cum hoe plus pateat, iuxta Mendo de iure Academicō, lib. 1. q̄est. 1. à num. 1. ad 8. Civitasque, suo moe, magnificam ædificasset Palæstram litterariam. Medicinæ Doctores in forma Vniversitatis, retentis suis Priviligijs, supplicarunt pro materiali confortio, in novo ædificio. Annuit Civitas, sed vix per quadriennium cohabitauit, quando duorum Dominorum in vna Dotto, dissidia necessaria, experti fuere, ac proinde, ad Transactionem sequentem devenerunt.

In Christi nomine, Amen. Cum Capitulo incipiente. Quo vero ad Gradus Bachæ laureorum, & Doctorum in Medicina conteno in Ordinationibus Studij factis per Magnificos Consiliarios, fuisse certo modo ordinatum, circa conferendos Gradus in facultate Medicinae, quousque aliter esset prouisum, ex quo sequuta fuere multa litigia. inter dictos Doctores, & Syndicū Civitatis, ad tollendas dictas lites, & discordiam presentem, & eventuram, inter Vniuersitatem, & Collegium Doctorum in Medicina, & Vniuersitatem Studij Generalis dictæ Civitatis, & pro conservanda in suo ordine, dicta generali Vniuersitate, & augenda, deliberarunt. Primo supposito Doctores Medicinae consentiunt, & volunt utire suam Vniuersitatem, aut Collegium Vniuersitati Studij Generalis dictæ Civitatis, & communicare Privilicia illis concessa, ex quo post istam unionem, erit una Vniuersitas, & Privilicia unius, vicissim se communicabunt, quapropter Collegium dictorum Medicorum, à cetero sit perpetuo unitum, Vniuersitati Generali, taliter ut nullo tempore possit se ab illa separari, imo dicta Generalis Vniuersitas, habeat propria, omnia Privilicia, concessa Collegio Doctorum

6 Medicinae, & fruatur illis, in omnibus, non Universitatē Generali praeiudicium inferentibus sed tantum cedentibus in eius augmentum, & utilitatem.

3 Apparet ex dictis, Universitatē Medicinæ accessisse subiectivè, Universitatē & Studio Generali Civitatis, ad textam in Cap. Quia Monasterium de Religiosis domibus, iuxta tres species vñionis, de quibus Vivianus in Praxi iuris Patronatus part. 3. lib. 14. cap. 5. a num. 5. Pignateli. tom. 1. consil. 223. num. 13. & seq. & patsim DD. Idque probat, transcursum centum triginta quinque annorum, à die dicta Transactionis, quo in spatio, ut ego testor de sexaginta, Medicis in congressibus Academicis, tertius datur locus. Visitantur per Civitatem, quando ipsa accedit ad Universitatem, bis, quodlibet in anno, pro simili functione. Sicut aliae facultates, accipiunt Honoraria Cathedratum ab ea Gubernanturque per Universitatis Generalis Officiales, ita ut semper Transactione sequata, fuerint, considerati, vii portio accrescens, conversa in naturam Principalis, prout Flumen, quando intravit mare; sic similes vñiones depingit Carolus Antonius de Luca de Pluralitate hominis legalis, cap. 50. n. 3.

4 Prosequitur Transactio. Hoc tamen intellecto, & declarato, quod in vim dictorum Privilegiorum (loquitur de Privilegijs Medicorum) non eligant in posterum, aut alter fiat Cancellarius, neque Rector particularis, nec aliis Officialis, pro sola Facultate Medicinæ, sicuti per dictos Doctores Medicos, solitum erat; in modo ista Generalis Universitas, habeat pro omnibus Facultatibus, unum Cancellarium, & Unum Rectorem.

5 Non indiget explicatione hæc Clausula, cum litteraliter appareat contentum in ea. Solum Civitas explicat vñionem Collegij Medicinæ, cum Universitate Generali fuisse accessoriam, & subiectivam, occurritque retentio Privilegiorum permisæ Medicis, ex quo in similibus vñionibus, omnia iura, & actiones transeunt in eum, cui fit vñio, l. si ita legatum, de Auro, & Argent. legato, Dominus Valençuela tom. 1. consil. 33. num. 17. Vnde cum ita vñitorum pariformis debeat esse dispositio, cap. temporis qualitas 16. quest. 1. cap. sua nobis, de confirmat, utilit. cum alijs per dictum Valençuela ubi supr. num. 16. sequitur non esse diverso iure consenserat Facultas Theologiae, utriusque Iuris studiæ, Medicinæ, & Artium, quoad Cancellarium, & Rectorem.

6 Pergit vñterius: Qui quidem Rector, per se, aut per suum locum tenentem, administraret, & gubernaret, necdum totam Universitatem, & graduatos in illa; verum totam Generalitatem Studij, & Scholares, ut de iure requiritur, & per Ordinationes factas per Civitatem, circa administrationem, & regimen dictæ Universitatis, & Studij Generalis, est constitutum, ordinatum, & fieri solitum.

7 Recte processit Transactio, omittendo Cancellarium, cum de Rectori esset actura, illum tamen re assumptum suo in loco. Rectorē igitur per se, aut per suum locum tenentem (quem vocamus Vice-Rectorem) administrare Universitatem, Graduatos, & Scholares, & uno verbo Generalitatem, Studij doctissime Pater Benedictus Pereira in sua Academia, seu Republica litteraria, lib. 1. Disput. 1. Quest. 1. & 2. docuit, quid & quotplex sit Universitas, & lib. 2. per totum egit de legibus, & Statutis Academiarum, & qui possint ea, condere: vnde non est in eis immotandum, dum properamus in Cancellarium.

8 Qui Rector, & eius locum tenens, ob bonum, & utilitatem Universitatis, & Studij, & ut frequenter in illa residat, sicut eorum officium requirit, sint Doctores dictæ Universitatis, & in gradibus conferendis, & in alijs publicis actibus, occupent locum, conserventque auctoritatem solitam, & dispositam per ordinationes.

9 Faciliter ornaretur ista pars Transactionis, si esset nostrum paginas crescere: cum nihil apud omnes Nationes solemnius sit, quam exterios excludere a Gubernio; sed quia latamur de occursu Cancellarij; in sequenti clausula, valedicimus præmissis, cum Cicerone lib. 2. de Oratore. Ad Consilium Rempublicæ dandum, illud magis cum esse nosce Rempublicam. Cui accedit Valerius Maximus, lib. 1. de Auspicijs: Auspicijs enim Patris non alienigenis Rempublicam administrare opportere. Antiqui insicabant, id que ob rerum patriarum experientiam. Et hæc quoad Rectorem,

& eius locum tenentem, graduatos in hac Universitate, quos non debent latere, eius Mores, & Statuta; sequunt fuerunt fortam Aristotelem Politicorum 3. Nemini bene Imperium peragere; qui non prius, ipse sub Imperio fuerit. V. Lozeum de Iure Universitatis, part. 1. cap. 3. num. 54.

10 Quo vero, ad eos honore donandos, in hac Academia, circa locum in Actibus publicis, accipiens est Iustus Lipsius (quem observavimus inter plura, quæ te nobis occurrere, circa præcedentiam tam honorabilis Magistratus) qui in suo Lovani lib. 3. cap. 3. de Rectori eius Academicæ, sic scribit: *Magna est Dignitas, & splendorem eidant Accensi, sive Bedelli, ut vocamus quorū unus (& apud nos tantū duo, & vñelquique cum simili dicenda Ialigia) Prælati grandi Argenteo sceptro, semper præcedit, & tunc famulis sequentibus. (Obvertunt omnes ora, venerantur, & Cedunt) Dicam ne etiam, sed narrantium fide, Carolum Quintum Imperatorem illum, vere Augustum, cum forte hic esset, loco cessisse. & latus Rectori texisse. Magna humanitas, si non debuit, magna etiam si debuit. Sed hoc non ad practicam refertur, nisi ad singularitates, quibus Principes decorant litteraria exercitia. Alia subministravimus Capite primo, vbi de concurso Cancellarij, & Decanorum cum Rectori.*

11 Incipit iam Transactio verba facere de Dignitate Cancellarius, & asserit: *Sapposit, quod dicta Universitas, & Studium Generale, pro conservanda sua unione, & integritate, non habeat, nisi unum Rectorem, & unum locum tenentem illius, ad omnimoda evitanda schimata, & divisiones, in gubernio, & regimine, & ad removenda omnia obstacula, & impedimenta, in exercitio iurisdictionis; sic similiter habeant tantum unum Cancellarium, veluti fortē principalem, à quo cum ordine, & decenter descendat omnis auctoritas Graduum conferendorum in dicta Universitate.*

12 Utitur Transactio similitudine, ab unitate Rectorum, ad unitatem Cancellariorum; cum sicuti Collegium, & Universitas Medicinæ cessit Rectori Studij Generalis, idem procederet circa Cancellarium, ita ut unus in posterum tantum sit. Homerus Iliad. 2. *Non bonum est multorum dominium, sit dominus unus, & unus Rex multis imperitare malum est, Rex unicus esto. Non multe presunt Domini bene, sit caput unum. Ornat hanc individualitatem Dominus Valencia conf. 199. toto: A quo Cancellario cum ordine, & decenter, omnis auctoritas descendat, conferendorum Graduum. Faretur verbum descendat dedisse nobis ansam dubitandi; quasi supponat exercitium in alio, aliter enim aptius dixisset Transactio, qui teneat, vel in quo resideat omnis auctoritas Graduum conferendorum. Quæ verba non exclusissent Cancellarium à facultate locum tenente utendi, sed dubitandi ratio, hoc principio vallata lucem accipiet, & cobur sequenti Clausula.*

13 Sed tamen, quis officium Cancellarij est dignè, & ut convenit unitum; Dignitati Episcopali Reverendissimi Domini Episcopi Barcinonensis, qui hodie est, & per tempora fuerit, qui nedum pro singulari eminencia sue Prælaturæ, verum propter negotia, & occupationes continuas, quas illa secum afferit, non possit ita dignè, & comodè intervenire. Primo in Præsentationibus, & postea in omnibus prolixis examinibus, quæ in Studio siant, promovendis in Doctores, Magistros, & Licentiatos, qui per Cancellarium, aut suum locum tenentem debentur, & soliti sunt dari in omnibus Facultatibus dictæ Universitatis, & ad id solet, dictus Reverendissimus Episcopus, & Cancellarius creare suum locum tenentem, qui pro illo in dictis Præsentationibus, & examinibus interveniat, & libere expedit, pertinentia ad Officium Cancellarij.

14 A anno 1560. in quo Academia Barcinonensis enecta fuit, ad Studium Generale, propter unionem Universitatis Medicinæ, Civitas in vim suorum Privilégiorum, nominavit Episcopos in Cancellarios Academicæ: ceterū, cum ut suppositum manet, Medici dicto anno, solum se vniuersitatem materialiter, petendo, & obtinendo locum se congregandi in Universitate noviter fabricata, retinendo sua privilegia, & expediendo ad eos pertinentia, per Rectorē, & Cancellarium proprium, & separatum; cumque inde, orientur dissidia insi-

nata, ad ea sedanda anno 1565: transactum fuit; vni tantum Cancellario committere jurisdictionem Gradum conferendorum, & ex duobus, qui aderant, nempe Episcopos pro tribos Facultatibus; & nominatus per Collegium Medicinæ, quoad Graduandos per illum æquias, & istius visum fuit, Episcopos conservare in Cancellariatu, tanquam iam Cancellarium trium Facultatum, & sic maioris partis Universitatis, & maxime ratione Dignitatis, ex quo incrementum resultabat Academæ, cum quo sublimiores sunt superiores, honoratores sunt subditi. Pignatelli. tom. 5. consult. 12. n. 25, & omnino in simili causa ratiocinatur Sixtus IV. relatus per Regentem Hortigas in fine Patrocinij Cæsaraugustani vbi Bulla dicti Pontificis, ad litteram integra, legitur, in qua permittit Archiepiscopis Cancellariatum, in honorem Studij, sine exercitio, de quo latius, prout de omnibus post Paraphrasim: & sic Privilegia, que conceduntur apud Nos, Doctoratu insignitis, subscribuntur per Decanum, & per Cancellarium, pro Illustrissimo, & Reverendissimo Barcinonensi Episcopo Cancellario dictæ Universitatis, qui Decanus, confert Gradus, de Concilio Collegij.

15 Prælensis Civitas, & Præviderunt Medici (quorum Collegij dotam integratem, neque his temporibus diminutam lugemus) Illustrissimos Episcopos, nequaquam exercituros fore Cancellariatum, ut ait Textus: Nendum propter eminentiam singularem sue Prælature, verum propter negotia, & occupationes continuas, quas illa secum afferit, non possit ita dignè, & commodè intervenire. Dignè, ex multitudine promovendorum, in omnibus Facultatibus, que faceret eum frequenter, & magna sunt rara, ex quo præiosiora, cap. si officia, in fine, Distinct. 59. Sicque observant Illustrissimi Archiepiscopi Cæsaraugustani, & Valentini, qui Cancellarij, suarum respective Academiarum, ita & non eis limitata facultate, prout nostris Illustrissimis Episcopis, in frequenter in his se immiscent. Et cum Episcopatus, totum hominem desideret, ex his, quæ de eius Officio leguntur, negat eis commoditatem Transactio, ad textum in leg. Neps Proculo 125. de verb. signific. Vbi Brecheus. Neque in hoc processerunt speculativè, de quo in Capite barriculari, inxf. 1. Ad similitudinem 2. c. de Episcop. & Clericis. Et Doctores in cap. 3. de Testamento. Et maximè Tellez Gonçalez. Verum nec practicè decepti fuere. Nam auctor Textus. Solere Illustrissimos, & Reverendissimos Episcopos Cancellarios, creare suum locum tenentem, qui pro illo in Præsentationibus, & examinibus interveniat. Quod verbum Solere, cum usurpetur pro Consuecere, leg. Palam 43. in principio, de Ritu Nuptiar. & cum hoc sic scriptum anno 1565. & sic quadriennio tantum elapsò à Creatione Episcoporum in Cancellarios, & adhuc vivente primo Episcopo ad id nominato. Inde sequitur exercitium Cancellariatus, iam in limine ipsius electionis, fuisse, neque tentatum per Episcopum.

16 His sic ponderatis, ipsa Transactio; incipit se explicare, ad quid præmissa inconvenientia in Episcopis, ad exercendum Cancellariatum? Et scribit: Quapropter dictus locum tenens Cancellarij ad melius assignanda punctas designando Examinatores in Præsentationibus, & perfecte intelligere, que in examinibus tractantur, & ita commodius intervenire, & sua præsentia auctoritatem dare, dictorum Gradum debeat esse, & sic unus ex Doctoribus Universitatis, & illius Facultatis, in qua fiet Præsentatio, & examen.

17 Deligebant Episcopi ante Transactionem locum tenentem ad conferendos Gradus, & unum pro omnibus scientijs, visumque fuit conguenius, esse peritum in illa, cui corresponderent Gradus (de quo infra, vbi tractabitur an Cancellarius teneatur conferre Gradum, sequendo votum Examinatorum) & ob id fuit conventum, ut locum tenens sit unus ex Doctoribus Universitatis, & illius Facultatis, in qua occureret Præsentatio, & Examen. Ex quibus verbis solum appetit restricta Cancellarij potestas ad duo. Primum ad non erandum locum tenentem Doctorem graduatum in alia Universitate. Secundum, quod cuiilibet scientiæ, corresponderet locum tenens peritus in illa. Hæc litteralia sunt.

9

18 Visum fuit amplius Transigentibus, nedum adimere Cancellatio  
electionem locum tenentium, etiam cum dictis duabus circumstantijs Docto-  
ris non exteri, & periti in illa Facultate; verum vterij progressi fuere dando  
formam collationi Graduum in omnibus Scientijs, dixerique. Et ut hoc fiat,  
certa, & perpetua lege, modo decenti, & ordine naturali cum dicta Generalis Un-  
iversitas comprehendat, & sit divisa, ut solent omnes aliae Generales Universitates in  
quatuor membra principalia, aut Collegia, videlicet Doctorum in Sacra Theologia, in  
iuribus, Medicinae, & Magistrorum in Artibus, & Philosophia, & in quolibet ex  
dictis Collegijs antiquior in Gradu, aut aggregatione in dicta Universitate, sit Deca-  
nus, & veluti caput particulare illius Collegij: propterea omni tempore, se congrega-  
bit in Studio Collegium, alicuius dictarum Facultatum, ut solent ad acceptandum, ex-  
aminandum, & dare dictos Gradus, volentibus in illa promoveri, si ipso facto, & sine  
alia creatione, habeatur, pro locum tenente Cancellarij, pro illo actu, & vice sola, &  
toties quoties ita eveniet, Doctor antiquior, ut dictum est ex Doctoribus, qui præsen-  
tes erunt in Præsentatione, in principio tamen Examini, ut sic evitetur expectatio  
Cancellarij, aut eius locum tenentis (nota hic, & alijs in partibus verbum locum te-  
nentis, sumendum esse pro Decano, iuxta ipsommet Textū) cum examina sint lon-  
ga, & requirant tempus aliquarum horarū, & effet inconveniens illa non incipere neque  
prosequi, sine præsentia, & auctoritate Cancellarij, aut dicti locum tenentis, &  
contra veritatem narrativi instrumenti, & processus, qui conficitur de dictis Gradi-  
bus, sumentibus auctoritatem, & valorem à præsentia dicti Cancellarij, aut sui lo-  
cum tenentis, & deficienda in principio examini, antiquiorque fuit in præsentatione,  
tali in casu, per rationes supradictas, sit locum tenens antiquior, ut dictum est, qui in  
principio invenietur. Qui ita locum tenens (nota verbum ita excludens alium lo-  
cum tenentem, quam Decanum, aut Antiquorem) Cancellarij, teneatur Colli-  
gere vota Doctorum, pronuntiare, & declarare Titulum Gradus collaturi, & omnis  
alia in dicto loco, & tempore facere pertinentia, ad Officium Cancellarij, & in eius  
absentia, fiant per suum locum tenentem. (id est Decanum, ut dictum est, & con-  
venieat)

19 Barcinone, anno 1560. ut autumnamus (ne extra institutum vase-  
mar) fuerunt ercta Collegia Theologæ, vtriusque iuris, & Artium: (nam  
Medicinæ iam supposuimus existentem supra n. 1.) & sic rectè dixit Transa-  
ctio anni 1565. Universitatem nostram constare sicuti alias, quatuor Colle-  
gijs, in quorum quolibet antiquior in Gradu, seu aggregatione (apud alios  
dicitur incorporatio) sit Decanus, & velu i caput Collegij. Transactumque fuit,  
facultatem conferendorum Graduum in omnibus Scientijs, ac proinde ante-  
cedentium expediendorum, dandam esse, prout elargerunt, dicto Decano, seu  
Antiquiori Doctori, reperto in studio tempore Præsentationis, qui etiam ad-  
statur sit, in principio examinum, duplice ex causa. Una ratione congrua-  
tis temporis, ad periculum faciendum de candidatis. Altera ne mora Can-  
cellarij, aut sui locum tenentis dicti, id est Antiquioris Doctoris, in conve-  
nientia ad ferat Collegiatis iam præsentibus, vocatis iussu Rectoris, hora de-  
signata die antecedenti, qui sub pœna præfitti, illos iuber congregari. Deficien-  
te vero antiquiore Collegij, seu Decano, Præsentationes fiant, ad examina-  
que procedatur. Propter easdem rationes, quæ committunt negotium Deca-  
no, per subsequentem Doctorem præsentem, & sic deinceps omni mora re-  
iecta.

20 Expressè designat Transactio, non semel locum conferendorum  
Graduum, cum antecedentibus Præparatorijs, ut vidimus. Primò, n. 11. In dicta  
Universitate, Secundò, n. 13. ibi: Prolixis examinibus, que in studio fiant. Tertiò, n.  
18. ibi: Toties quoties se congregavit in studio Collegium. Quartò eodem, n. 18. in fine;  
ibi: Et omnia alia in dicto loco, & tempore facere. Tacite, cum excludat Palatiū  
Episcoporum, & Doctorum aliorum domos, dum petit præsentiam, & resu-  
puit supervenientiam, tam Cancellariorum, quam Decanorum locum tenen-  
tium coepitis Præsentationibus, & examinibus; quæ ponderanda sunt, ad ini-  
tia

telligentiam Provinciæ susceptæ maximè cum Gradus collatio sit voluntariæ jurisdictionis, quæ non limitat exercitium, intra aliquos fines: & quod plus est Neapoli, ubi Collegiū eius Vniversitatis, examinat, & approbat Graduandos, eos postea remittit Archiepiscopo Capuano, qui ut Cancellarius eius Academiz, receptis litteris authenticis approbationis, confert Gradus. Licet Salmanticæ, Hlerdæ, & Oscæ, quæ post primam, sunt inter Antiquiora, & Illustriora Studia Generalia Orbis Hispanici diversimode practicetur, prout scribimus plenissime informati, ab his qui in duabus primis, præcipuum obtinent Clavum, & à fide dignis in tertio; quibus in Academijs, per Magistros Scholarum, aut eoram adlibitum locum tenentum, non eis prohibi totum prout Barcino omnia, ac proinde assignatio Panctorum, peraguntur in Ecclesia Cathedrali, sic efflagitantiibus Statutis, tantorum cœtuum Scientiarum. Vnde nequit in nostro Studio Generali de loco dubitari, cum expresse, & tacite, ipsummet Studium sit designatum, collatione Graduum, Præparatorisque illorum.

21. Suavissime iam præmissa nos ducunt, ad intelligentiam Propositionis, quam iecimus, quando coepit fuit agi, de Cancellariatu Academico, quoad illustrissimos Episcopos Barcinonenses. Dictos Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos, post Transactionem per excellentissimam Civitatem, uti Patronam, & Gubernatricem Vniversitatis, initam, cum admodum Illustri Collegio Medicorum, auctoritate Regia roboratam, remansisse Cancellarius, ad honorem tantum, & sine exercitio. Obstupuerunt plures, quam parfuit, ea audita: claram tamen reddere, dupliciter suscipimus. Primo hoc Proloquio, & per Paraphrasim, vt omnibus innotescat littera: nam docti, nulla alia indigitabunt expositione. Secundo illustrando iuridice, & non vulgariter, capitibus separatis conducentia præsidium oneris suscepti, ubi allegabimus lato calamo; quæ hic omittuntur, ne ad vtrumque sine ordine festinando, neurum perageremus.

22. Pertinentia ad Protoquium, littera Transactionis, veram reddit Propositionem: nam ad quid Civitas, retinuit Episcopos in Cancellarios, nisi ut Medicorum Universitatem, & tota Vniversitas, honorario reudiceret, ex Dignitate conferentis lauream Doctoratus, suis alumnis? Ad quid, non alium nominare, si edocta fuit Civitas, primum Episcopum in Cancellarium electum, solitum fuisse exercere Cancellariatum per locum tenentem, quem ipse designabat; nisi docere, imbuta urbanitate Iuridica, & Politica dictante, similes mutationes, vt plurimum comitari iniuria? Verum tamen prædicta conducunt Retentioni, non vero faciunt contra Exercitum, cum etiam ab hoc sequentibus excludantur Episcopi.

23. Primò dum ipsius Transactionis verba, relata n. 11. supponunt Cancellarios non collatuos in posterum fore Gradus, ibi: Habeant unum Cancellarium, veluti fons principalis, à quo cum ordine, & decenter, descendat omnis auctoritas conferendorum Gradum, in dicta Vniversitate, & verbum descendat supponat pœnes alium exercitum, vt præ notavimus, n. 12.

24. Secundo excluduntur verbis Transactionis, de quibus, n. 13. quæ licet fateantur, Officium Cancellarij, esse digne vnitum Dignitati Episcopali, sed tamen prosequitur Textus: Non posse dignè, & commode intervenire, vt pondervimus, supra n. 14. & 15.

25. Tertiò, idem probat, ademptio facultatis, dandi locum tenentem adlibitum, & cum conditionibus ut supra n. 16. & 17. & postea num. 18. nec cum illis permittit Episcopis locum tenentem ab eis nominandum, sed assignatur Decani Colegiorum, qui, vel Antiquiores, repetti in Studio locum tenentes Cancellarij, omni tempore fuerunt creati ordinatim.

26. Quartò, neque hac creatione locum tenentum, fuit retentus Cancellarius ad exercitum, dum iuxta Transactionem relatam n. 18. Doctor Anterior, ut dictum est, ex his, qui presentes erant in Presentatione, in principio tamen examinis, ut sic EVITETVR EXPECTATIO CANCELLARII, VEL EIVS LOCVM TENENTIS, (nota hic verbum locum tenentis, non intelligi denominato ab Epis-

Episcopo, sed ut se explicat Transactione de Decano, vel Antiquiore, cum saepius hos designet per locum tenentem dictum, vel ita locum tenentem ) & licet ex istis verbis, posset aliquis dicere, post creationem antiquioris in locum tenentem repertum in Studio in principio examinis, adhuc Transactionem facere locum Cancellarijs conferendi Gradus, sed tamen, cum hoc sit eum qualitate eum non expectandi, & casu quo superveniat cœpto examine, nequeat actum perficere, ut cantat Transactione, ibidem, inde est, ipsam Transactionem monuisse Episcopos ne accederent, exponendo se reversioni, cum iactura gressum, aut assistendi actu, non ut Cancellarios licet Gradus conferretur eorum nomine; & praesentia, cum absentia simul implicaret. Maximè, quia non illi, sed Rectores, & seu Collegia in suo casu, ut vidimus observatum 14. Maij 1633. in libris Scholæ in hac Vniversitate assignant diem, & horam, & iussu dictorum Rectorum, invitatur Collégium, sub pena præstiti, cui Rectori, & Collégio solum sublunt Collégia, non verò Episcopo, qui neque etiam est de Collégio. Collatoque Gradi, admittuntur, qui aggregantur, ad osculum pacis, primò per Rectorem; secundo per Decanum, & sic deinceps. ( quia aggregatio non respicit Gradum, sed incorporationem Collégij, in quo nullæ sunt partes Cancellarij, neque Decanij, ut talis, sed ut Collegati; vnde quo non aggregantur, non recipiuntur ad tale osculum ) Quibus peractis Decanus, & Rector, ille ad dexteram, iste ad sinistram, committantur Graduatū insignibus Doctoralibus ornatum, procedente in medio, ab ostio Theatris, usque ad ianuam Gymnasij tantum, quando Gradus non solemniter celebratur: quibus non parceretur ex interventu Cancellariorum. Et se offerendo frequenter prædicta, cum insigniantur quolibet anno pro omnibus Scientijs iunctis ad minus, sexaginta, & sic centum, & viginti vices, computato accessu pro signandis punctis; inde est, nedum Civitatem, tot minutis adhibitis, & maximè, a signationis horæ per Rectorem, aut Collégium, iudicasse non dignos, & incommodos fore Episcopis tot appulsus ad Scholam: verum, & ipsos Episcopos ut Cancellarios in auctoritate non auctoritate iuxta in Canonum Civile, & mores huius Vniversitatis, & aliarum Coronæ Atagonium, se abstinent ab his congregatis literarijs, ut supra tetigimus, & infra dicemus. Vnde semper, rectè dixit Transactione Episcopos, neque digne, neque commodè posse exercere Cancellarium: atque ita conditionibus quibus præscripta est in hac Academia forma Graduandi, idem est, ac si essent exclusi, propter eminentiam Dignitatis, quæ impossibile reddit exercitium; cum quæ pertununt contra Dignitatem alicuius, idem sonet, ac si poscerentur à natura prohibita, & sic contrahentes, non habuisse animum disponendi aliquid, seu concedendi sub ea contrahentes, non habuisse animum disponendi aliquid, seu concedendi sub ea condizione: prout explicabimus ad intellectum, L. continuus 137. §. cum quis de V. O. & illustrabitur Iustinianus in §. si impossibilis, de Inut. stip.

27 Quid autem in medium contulerint, facientes partes Illustrissimorum Episcoporum, sunt. Primò, in Constitutionibus modernis nostræ Vniversitatis, ad esse, caput 4. ubi in Rubrica legitur. De Cancellario Vniversitatis, quomodo est honorandus, & de locum tenente illius. Et ibi scribitur. Cancellarij, veluti Capitis Vniversitatis esse munus principale conferendi Gradus, cum potestate interveniendi in aggregationibus ( quod non potest intelligi de separatis à Gradi, veluti de Incorporationibus: quia haec non currunt ministerio Decanorum, sed Rectoris, & aliter, vna vice observatum viderimus, admittere Cancellarium ad partem, licet non ad concursum, fuit in advertentia Officialis, quem vocamus Zollibrater, ex quo est Conventum, non facere prædictum gesta per partes, quo usque sit stabilitum, quid agendum in hac controversia) & in alijs actibus, sicuti solent in alijs Vniversitatibus Cancellarij illarum. Disponitur amplius in dicto capite quarto. Dictos Episcopos teneri iurare Ordinationes Vniversitatis, quas haec eis præsentabit conferendo se cum Rectorre, ad eorum Palatium, ad dictum effectum; postquam ex salutaverint in primo ingressu, multo ante portam Civitatis. Pariterque iniungitur Vniversitati eodem

dem, capite quarto insignitum Cancellariatus, Episcopos morientes publicè lugere, quotidiè accedendo ad eorum Episcopalem domum, ubi luctus tenetur, sicuti Magistratus alij se conferunt, quoisque humatur.

28 Secundò obiiciunt, alijs in Capitibus novarum Ordinationum, fieri mentionem de Cancellario, veluti insuffragando pro electione Rectoris, & in conferendis Gradibus in omnibus Scientijs, quæ non allegantur: nam sunt non pauca, & nos non negamus.

29 Tertiò recurrent ad observantiam, cum Episcoporum aliqui, contulerint multos Gradus in Universitate. Vnde deducunt contra Titulum redactum ad honorarium, illumque pœnes eos esse, cum exercitio cogitant. Ampliusque addunt, non observari multa in Universitate, quæ Episcopis non faciebant locum dignum, & commodum ad conferendos Gradus, & sic cefare causam.

30 Sed cœcūtjerunt non legendo totam litteram Textus, dicti capituli quarti in quo eos audivimus fundatos, ex multis dictis, & alijs, quæ inter discurrendum in re illis peregrina in propatulum deditis, & ita pro certò habuimus, iunctis alijs capitibus modernis de Cancellario loquentibus: nam in dicto capite quarto, postquam Civitas statuit tot honorifica tributanda Episcopis Cancellarijs, ita singularia, ut neque Metropolitano, imò neque Protrege sint communicata, & solo primò Regum ingressui reservata, quoad Academiam, sic postea loquitur: Finaliter statunt, & ordinant, in exequutionem Transactionis initiatione Universitatis Medicinae præsenti Universitati, & Studio Generali, quod Capitulū dictæ concordie, disponens de locū tenente Cancellarij, servetur ad litteram, sicut in dicto Capitulo continetur. Quæ verba probant, Civitatem non recessisse à supra ponderatis in Paraphrasi concordie, negantia facultatem Episcopis conferendi Gradus, per locum tenentes alios, quam Antiquiores in Collegijs additis formis impossibilibus adimplendi per Episcopos Cancellarios, propter eorū Dignitatem præcellentem, & occupatam, satisfaciendo se solo nomine Episcoporum à quibus descendentes auctoritate conferendum Graduum. Et id postea negoti gesti, & circumstantiae suadent, maximè erectio Collegiorū, in tribus Scientijs, sicuti in Medicina, quibus æqualiter prospexit, vnum formando corpus, quamvis ex diversis sc̄tis Collegiatorum. Neque mens Civitatis fuit, nec potuit, incrementum dare Dignitati Episcopali, propter eius sumitatem: & ratione honorarium, seu Munusculorum minus; cum Episcopi Barcinonenses fruantur decentibus redditibus, & Decani, ut plurimum, neque necessarijs.

31 Ad secundum respondeatur plus valere, quod agitur, quam quod singulariter concipitur Civitas solum tractavit in Transactione de conservando nomine Cancellariorum, difficile reddendo exercitium, ut satisfacceret Medicis, ne vniōne totam libertatem amitterent, aut totam servitutem patarentur, licet postea simularer illud, & id patet ex cap. 4. numero antecedenti expenso. Vbi post tot Bladimenta in Episcopos, & faciendo eos caput Universitatis; data tamen Rectori omni iurisdictione; concludit illa esse observanda, sine præiudicio Decanorum, seu Antiquiorum, prout in Transactione. Igitur quid clariss ad probandam simulationem exercitij in Gradibus, & Capitis in Universitate, demandata collatione Graduum, sine ministerio Cancellariorum, Decanis, per impossibilitatem illorum, & maioris incommoditatis gratia, Rectoribus, iurisdictione commissa? Vnde credimus Salmanticæ, Illerdæ, & Oscæ, Cancellariatum, ut vniā Scholastriæ: quia Reges erectors tantorum Studiorum Generalium, non latueret naturam horum Munerum: postponendo etiam illud, Doctores, qui de Gymnasijs tractarunt, nedom secundo; verumetiam Rectoribus. Sed de his, etiam infra erit Caput particulare, (licet ex dictis ratio simulandi deducatur) & materia iuridice, politicèque stabilietur in vitroque foro. Omnique in casu, nequivit Civitas, imò nec nunc licet totæ Academie recedere à Transactione iurata, Regia que auctoritate firmata in derogationem preheminentia Doctorum, quibus fuit ius

quæsitum: cum disponat, nedum favore tunc existentium, verum futorum, ibi: *Omni tempore*, quam prerogativam tenentur Civitas, Academia, & Collegia defendere proprijs expensis; sicuti Ecclesia Cathedralis, honores debitos suis Dignitatibus, & maximè Decanis.

32 Ad tertium. Negamus observiam pro Episcopis, cum ab anno 1560. in quo fuerunt in Cancellarios acciti, exerceuerunt munus, per locum tenentes, quos nominabant, vsque ad 1565. vt constat ex Transactione de qua supra num. 13. ibi: *Non possunt, & eodem numero. Et ad id solent. Quæ verba excludunt eorum presentiam.* Deinde ab anno 1565. vsque ad 1634. constat in Tabularijs, Vniversitatis Decanos contulisse Gradus in omnibus facultatibus, aliquo non reperto, cum interventu Cancellariorum, nisi anno 1612. in quo leguntur tres Gradus. Vnus in Theologia, secundus in Canonicis, & tertius in Legibus, parvo intermedio collatis, per Illustrissimum Dominum Ludovicum de Sans, Episcopum, vt Cancellarium, receptum per respectivæ Collegia, solita reverentia, per id, quod fuit prius; cum agnovissent eius animum apertum, non continuandi, ex quo, non dicitur venisse, qui statim recessit. Quo defuncto, sedem occupavit Dominus Ioannes Santis, Regens qui fuit in supremo Aragonum, & non tentavit exercere Cancelleriam. Non tamen Dominus Ezidius Gil Manrique, qui æstuose legessit in hac parte, subeundo omnia per transactionem impossibilia iudicata, & incommoda: ita vt etiam accederet ad assignanda puncta, hora designata per Rectorem, & passus fuit, eo præsente, tractari in Collegio aliqua, non dato ei loco ad suffragandum; quousque superatus his, & alijs, se abstinuit ab exercitio, satisfaciendo se nomine Cancellarij solo. Idem ferè evenit Domino Salazat, qui etiæ aliquoties intranquile intervenisse; obnubilante Decano, tunc Ecclesiastico in Collegio utriusque Iuris (cuius maximè hæc sunt) tandem destitutus, non cogitando, per multos annos supervivendo, se intromittere in Cancelleriatu, & sic cum acquiescentia Episcorum, actus non pacifici non ei tribuerunt aliquoties, vt nō loco examinabatur. Nam illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Sotomayor, etiæ per sex solas vices, accessist' et ad Collegium Theologæ, fuit invitantibus, & plaudentibus ipsis Collegiatis, remiendo beneficia accepta, & hoc manifestum fit, ex quo nanquam se contulit ad alia Collegia. Vnde spontanea non obligarunt alias Facultates, neque ipsam gratiæ operantem. Et in hoc facile conveniet omnis Academia, decorando se præsentia Episcoporum vna, aut altera vice, insignium Titoli; non usus, aut consuetudinis, iure non admistæ, in alijs Vniversitatibus, non recepit, & Transactione ad impossibilitatem redactæ. Ultimusque status in hac materia, est sumendum in hac materia, de tempore Pontificatus Illustrissimi Domini Emmanuelis de Alva, qui ab omalbus Collegijs se abstinguit. Vnde de præsenti tempore, non est quærendum, cum dederit occasionem controversiæ.

33 Manet ex dictis, nedum qualitas observianæ, in qua se fundant, sentientes pro exercitio Cancelleriatus Academicus, quam non esse ita dignam nominari videbimus suo loco; & nunc solam dicimus, esse contra Mores Episcoporum, maximè Barcinonensem, qui se conformatunt cum Transactione, primi illi undecim Patres, ex terdecim, qui ab anno 1560. in nostra Cathedrali federunt: & Primus Illustrissimas, & Reverendissimus Dominus Guillermus de Cassadum, qui ex proprio marsupio subministravit quingentum libras, ad ædificandum Academiam, qua nunc utimur, & vehementer curavit, alios Ecclesiasticos ad simile peragendum; prout legitur in ordinationibus dicti anni; quas legimus impressas penè Secretarium Civitatis, & Vniversitatis. Agnoscendo omnes, & concurrendo in una mente, tam Episcopi, quam Civitas Transactionem cum Medicis initam, fuisse erigendi Collegia omnium Facultatum, cum Decano in unoquoque, qui exerceret Cancelleriatum, nomine Illustrissimorum Episcoporum, aliter nec Medici suppressent suum; nec aliae Scientiæ pastæ fuissent diverso iure censi.

24 Neque in observantia Statutorum in Graduando; maximè in Collegio Iurisperitorum, potest reddere decens, & commodum exercitium Cancellariorum Episcoporum. Instaret solum observantiam, quæ est in manu Universitatis, & tenetur ad id in utroque foro, maximè adstante epistola moderna Domini Regis (quem Deus servet) reducere seipsum ad statum Transactionis, sed de hoc ultima Clausula. Tum quia negatur adesse in observantiam hodie: cum scribens fruatur Decanatu, & exerceret dictum munus, antequam noster Illustrissimus, & Revendissimus Dominus Frater Benedictus de Salas insulas Episcopales attigisset. Qui Decanus in nihilo deficit: restituit enim Academiæ, antiquatum usum, assignandi puncta in ea. Et si hoc antea esset interruptum, conservabatur iussus Rectoris, qui semper invitavit Collegas ad aliendum simili functioni, mediante notificatione per Bedellos, accedendi ad Universitatem, pro signandis punctis sub pena praesiti; & si id non adimplebant, prout, nec adimplent, excepto Decano, allegant propriam turpititudinem; quid ad presentem, & futuros Decanos? Multa enim per Rectorem imposita exequatur Omnis in casu, nunquam Universitas potest sentire dampnum, ex culpis singularium in Graduando, cum tantum fiat locus animi advertendi in fontes. Vrgemus amplius istum defectum, ut intollerabilem, sicut alios ab incunabulis verbo, & opera, damnavit idem, qui supra: sed nunc clamitantes contra illum, et si non se emendent, tamen illo vntunt ad ponderandum defectum in Præsentationibus Graduandorum, & sic excusant Cancellarios Episcopos (casu dato, & non concessso, eos habere exercitium) ab onere assignandi puncta, vel posse hinc operationi satisfacere in suo Palatio.

35 Sed audiant, etiam hodie satisfieri statutis, syncopatè tamen (licet detestemur) fit examen secretum (Tentativam vocamus) per Examinatores turno designatos, qui postea faciunt testimonium de perficiâ Scholaris. Fides haec transmittitur Rectori, cuius est in Academia nostra, dare locum publico. Periculio, coram Collegio, assignata sua, & nouissimum in scripto per Bedellos, Decano, & Collegiatis per invitationem de qua supra num. 34. Comparet Decanus, & eo absente Antiquior succedens, & assignat Puncta. Dicent hic deficit Præsentationem? Sed ad quid Præsentatio, quæ est facienda per Patronum, si iste iuxta cap. 52. 56. & 60. Ordinationum anni 1629. ad aliud non tenetur, quam commendatis meritis Graduandi, Collegio, exire foras, & admissio per Collegium candidato, Decanus ei assignat tria Puncta, sorte sortita, ex quibus eligit unum Scholaris, expressè in omnibus scientijs dispositum, ut est videre in dictis Capitibus Patronum non vocati; immo cum non posse intervenire, in dicta assignatione caveretur. (nota curā adhibitā antiquius, ad excluenda Puncta collusoria) Igitur huius solemnis Præsentationis defectus cū non respiciat veritatē Negotij, consistēt in Peritia Graduandi, tanquam levis suppleri potest per Præsentationē factam à Rectori, postquam illi, innotuit per relationē examinatorū, qua præcedente facit locū Assignationi Puctorū. Et cum Transaction, non nitatur ad excludendos Episcopos ab exercito Cancellariatus in sola momentaneitate Præsentationis; sed in necessaria, & inexcusabili Præsentia ad assignanda Puncta, in quo totum negotium consistit, prout experti loquimur, & postea in Argumentando post lectionem, quæ omnia requirunt tempus considerable. Inde est omissionem horum omnium, maiori indigere Studio, in redendo Gradus decentes, quam facere locum Episcopis, contra ius consuetudinem, & Statuta, omittendo Solemnitates substantiales, & in omnibus Academijs receptas.

36 Idem Philosophatur respectu loci, & si arguant ab in observantia Iurisperitorum dando Puncta in domo Decani, nam non omnes defectus familiates sunt manifestandi, satis occulsum est obiectioni n. 34. hanc corruptelam recessisse ab Aula aliquibus ab hinc annis, ex quo transaction, & communis vijs aliarum scientiarum huius Academiæ petit omnes Actus præcedentes

tes Gradi, & ipsummet Gradum peragere in ea: & si ad reddendam decen-  
tem, & commodam præsentiam Episcoporum, admitteretur Puncta assignati  
per eos in suo Palatio; contraveniretur Statuto, iam ad observantiam redacto.  
Et accedere Collegium Domum Episcopi, esset singulatitas, singularitatis, &  
in observantias multiplicate, vitra alia videnda infra in terminis Episcoporum,  
qui nequeunt Capitulum vocare, nisi illud congregando in Aula Capitulati ad  
quam tenentur accedere.

37 Redeundo ad litteram Transactionis, mirifice excludit exercitium  
Cancellariatus per Dominos Episcopos, dum scribit: Et ita recipiat, & faciat  
suum salarium, aut Propinam locum tenenti Cancellarij assignatam, sine impedimento,  
aut obstatu dicti Reverendissimi Cancellarij, neque alterius Antiquioris Doctoris in  
dicta facultate, qui cœpto examine interveniat in dicto Acto, casu quo ille Antiquior  
Doctor superveniens die antecedenti in Presentatione assignasset Puncta, & designas-  
set Examinatores, nihilominus predictus locum tenens Cancellarij, aut exercens pro  
tunc officium Cancellarij, procedat, & concludat actum in loco, honore, & prærogativa  
solita haberi, per locum tenentem in absentia sui Principalis. Hoc addito, quod Gradus  
ita Coliati, etiam in caso sedis vacantis, habeant eandem vim, & valorem, ac si dati es-  
sent per Cancellarium, aut per eius locum tenentem ab eo nominatum.

38 Hæc clausula, continuat transcriptam n. 18. in fine, & disponit  
circa Salarium, aut Propinā eius, qui non est Antiquior in Collegio, sed prop-  
ter absentiam antiquioris inteventientis Præsentationi, & assignationi Pun-  
ctorum; qui ita Antiquior percipiat Salarium, sicut assequeretur locum tenens  
Cancellarij, qui est Decanus: quia cœpit actum conferendi Gradum, (Notan-  
da est etiam hic, obligatio Cancellariorum dandi Puncta, cum Actus incipiat  
ab eis, moraliter continuatus, usque ad Lectionem inclusivè. Et est hæc in-  
telligentia in nostra Vniversitate recepta in tribus Collegijs Theologizæ, Me-  
dicinæ, & Artium) Ex quo sequuntur tria. Primum, Transactionem, non lo-  
quitam fuisse de Salario competenti Cancellario: quia ut vidimus, impossibile  
iudicavit eis assistentiam. Secundum ~~Affectionem~~ enīam difficultati præ-  
sentiam Cancellariorum, ne dum illis, verum, & locum tenentibus creatis in  
vim Transactionis, æqualiter assistendi onus omnibus functionibus imponen-  
do, ad lucranda Munuscula, seu Honoraria, & apud nos Propinas. Tertium, fa-  
cultatem fuisse concessam Decanis conferendi Gradus, etiam sede vacante  
prorogando eis iurisdictionem hanc, usque ad sedem plenam, eodem modo,  
ac si ab humanis non recessisset Episcopus, & contulisset Gradus, vel locum  
tenens ab eo datus. Vnde semper in nostra Vniversitate Decanus, vel Anti-  
quior, dicitur etiam locum tenens. Ex quo liquet perperam ex hac clausula de-  
ducere aliquem Episcopum apud nos valere nomine locum tenentem; cum  
solum sonet collatum Gradum per Decanum, vel Antiquorem, eiusdem va-  
loris esse, quam datum per Episcopum, aut eius locum tenentem, ab eo nomi-  
natum, ubi non est prohibitum, veluti Valentia, ut audivimus.

39 Concludit Transactione cum facultate concessa Vniversitati, Videli-  
cet Rectori, & Doctoribus illis iunctis, aut maiori parti illorum, & non aliter facere  
Ordinationes, interpretari, corriger, aut mutare illas, pro bono Regimine, & utilitate  
Vniversitatis. Ex quo sequitur nullatenus difficultem reddere iustitiam Vniver-  
sitatis, quatuor Collegiorum, & Decanorum, in observantiam aliquorum Sta-  
tutorum: nam inhærendo sue Facultati, deliberando Transactionem obser-  
vari ad vnguem, restituet Illustrissimos Episcopos, ad statum impossibilem  
exercendi Cancellariatum: nam nomen honorificum, quod commodant,  
compensatum habent, tot obsequijs ipsis, ut Cancellarijs, per Academiam  
præstandis, prout hæc omnia comprobata manebunt Iuridice in discursu Opes-  
tis, Capitibus particularibus, correspondentibus Proloquo.